

spem habent in Deum, qui est salvator omnium, maxime fideiorem; hęc autem fiducia vel securitas; et ita passim accipitur; et quando in adverbium transit, id liquidò apparet: Deut. 53: Commorabitur Israel, hęc, tuto, securè, etc.

VERS. 18. — Hic versus superiorem explicat, quòd scilicet iustitia, quę per Spiritum sanctum nobis conceditur, pacem et securitatem pariat. In PULCHRITUDINE. Superius de nomine *nerch* dictum est cap. 27, quòd *pascuum locum et ananum*, Interim quoque *domos rurales* significaret; hic certè hæc significatio maxime convenit, ut ea quibus jungitur ostendant. Pulchritudinem ergo seu *amantiam* in Vulgato accipere pro ipsius *locis amonitis et pascuis*; et singulare collectivò. Ob quòd ego *mapalia* dixi. De aliis autem vocibus jam quę supra dictum est. Idemque ferè ter dicitur, ut felicitatem servorum satis testatam declarat, eam præcipuè quę per Christum et Spiritum ejus nobis contigit; quę tanta est ut verba desint quibus explicari possit. Eorum profectò pacem, confidentiam atque securitatem neque adverse potestates neque totus mundus inturbare potest; *sunt enim fundati super firmam petram*. Quis autem nocere illis poterit qui, quò major est quę supervenit calamitas, magis gaudent, et quò magis premuntur eò se in majori amplitudine conspiciunt? Vide quę Paulus de se et coapostolis commemorat; nam ad hos præcipuè dirigitur propheticus sermo, in quibus completæ sunt promissiones de restaurando Israele, ac deinde ad novos Israelitas quos ipsi per Evangelium genuerunt, qui eadem pæce et securitate fruebantur, ut qui eandem iustitiam consecuti fuerant, qui *rapinam honorum suorum cum gaudio suscipiebant*, etc.

VERS. 19. — GRANO AUTEM, VEL, ET GRANDINABIT, ut nonnulli volunt. Sed quia nullibi tanquam verbum lego, libet hic cum Vulgato accipere. Non enim puncta tantè faciendi duco quanti rabbinus David et nonnulli ex nostris, cum ipsi Hebræi passim non sibi in punctorum ratione consent. Doctè autem Vulgatus vau pro adversativè accepit, quasi responderet versibus 16, 17 et 18, in quibus dixerat, in novo *Charmel*, qui olim *desertum* fuerat, *habitaturam iustitiam*; cuius effectus mox enumeravit: supererat ergo ut quę futura esset sors *Charmel* antiqui, qui in *silvæ* abierat, explicaret. Hanc in hoc versu habes, nempe quòd ejus pars ac sors sit *grando* quę in Scripturis symbolum est divinæ vindictæ: non semel enim lapidibus e celo obruit Dominus hostes suos. In DESCENSIONE SALTUS. Infructivus est, ut reddi possit in *descendendo in silvæ*, id est, quasi *descenderit in silvæ*, supplè *Dominus*. Nam he præpositum nomini Motum ad locum potest notare. Vel nomen est (ut accepit Vulgatus), id est, *grando in silvæ descendet*, in antiquum nempe *Charmel*, qui in *silvæ* versus est; q. d., in Judæisnum, in Judæam, et infideles Judæos, expertes iustitiæ et honorum cœlestium, quę Spiritus de celo adveniens in suos diffudit. Super hos, inquam, *grandinabit*, et omnia adversa experientur.

Ne quis autem ambigere posset quenam esset hæc *silva* (ut nonnulli ex nostris, qui secuti Kimchiem et alios rabbinos *silvæ* materialiter accipiunt, quòd non caderet *grando in sata seu civitates, sed in silvas et saltus*), addit Propheta: ET HUMILIABITUR, *Charmel*, Jerusalem enim præcipua erat humilitatis *Charmel* pars, qui in *silvæ* per infidelitatem *versus fuerat*. Sed benè est quòd hoc quoque ad prosperitatem detorqueat, quòd propter securitatem civitates in valibus possent edificari. Neque pudet viros Christianos, et alioqui doctos, has interpretationes, imò Scripturarum luxationes perversionesque, ex rabbinis impiis mutare et pro oraculis colere. Ergo illis verbis, *habitabit in deserto iudicium*, id est, in eo qui olim desertum erat, respondet, *humiliabitur civitas*; illis autem, *iustitia in Charmel sedebit*, respondet, *grando descendet in silvæ*. Illic enim in eodem accepit *desertum et Charmel; nam desertum in Charmel versum fuerat*. Hic quoque pro eodem *silvæ et civitatem* accepit; nam in *silvæ* vertenda erat et civitas, et omnis Judæa et universus Judæisnus. Ludit autem in nominibus *iaar silva et ir, civitas*; de quibus jam in superioribus dixi quòd ab eadem radice or dicerentur, ab *excitando*; nam quę eriguntur, sive ligna sive domus, Hebræi *excitari* dicunt. Velint, nolint ergo Judæi, venustè et non sine mysterio eandem rem utrumque nomen diversè ratione significare accipimus.

VERS. 20. — BEATI (1). De voce *aschere*, quòd ad-

(1) Sanchez ita explicat, q. d.: O fortunati, qui Iudæam ante scribam, sentiosam et inermem, assiduo imbre fecundam reddet; his licet in humantes coelesti rore agros juga boni et asinorum agere; et illis eo labore ad satus accipiendis dispositis, semen cum mittere. Alii, q. d.: Ita luxuriant setes, ut ne præ copia sese invicem suffocent, in eas imitantur boves et asinos, qui primam herbam luxuriantem depeccantur.

Verùm in expositione nostrà est apostrophe ad Apostolos, virosque apostolicos, q. d.: O vos beatos, qui super omnes aquas, id est, omnes populos, seminatis Evangelium, immittentes in eos boves et asinos, id est, predicatoros et operarios Evangelicæ et salutiferæ messis.

Immittere pedem bovis et asini nihil est aliud, quam terram colere juga boni, vel iugo asinorum; non enim poterant simul arare in bove et asino, juxta legem Deut. 22, 10, sed seorsim. Rursùm aquas vocat terram aquis et pluvii madentem; in tali enim seminatur, non in puris aqua. Nota bos arationis, indeque messis et fertilitatis priscis erat symbolum, ut patet ex bobus qui per visum Pharaonis apparuerunt, Gen. 41, 2. Quocirca boves juncti in nummo Vespasiani imperatoris, atque alii jugati in C. Marii nummo, significant eos agriculturam, et rem frumentariam ad civium alimentum procurasse. Non et apud conjectores, arantes boves imaginari, beatissimum præmittat frugem, et opulentiam rerum felicitatem. Quin et nomen bovi à nutriendi datum; *bo* enim est nutritio; labore enim suo in exercenda terrâ continuò nos pascit, hinc Græci *βόσκητρον*, felicem agriculturam vocant, quibus *βοσκητρον* agricultura est, et bovis etiam epitheton. Romani porrò tantum honoris bovi tribuerunt, ut illam ipsam olim ab Italis, nuncupatis bobus, appetitam prædicent. Quin et apud eos olim non minus

verbum sit et faustis acclamationibus deservit, jam supra annotavimus. Ceterum quid alii partim Judæicè, partim intempèstivè hic dicant, apud ipsos legere licebit; ego autem quid sentiam brevi sic habeto. *Bos et asinus* animas sunt, quorum operà maxime agricolæ utuntur. Deinde ea loca quę propinquam solum rivis et fluminibus fertiliora esse nemo dubitat. Igitur cum illam admirabilem rerum vicissitudinem, excisionis videlicet Judæorum et electionis gentium, quam multis verbis et narrat et admiratur Paulus in Epistolâ ad Romanos, propheta enarrasset capitale fuit occidere bovem, quam hominem. Memorabilis verò tui prisorum Germanorum mos, qui uxori decedente boves junctos, frænatum equum, et scutum cum gladio mittebant dotis nomine, ut uxor, ait Cornel. Tacitus, admoneretur se venire viro in laborem et periculum sociam, idem in pace, idem in præliis passuram asuramque; laborem enim juncti boves, bellum paratus equus, et data arma denuntiabant. Ita Pierius, hierogl. 5. Exstat emblema bovis cum hæc inscriptione *aris et agris*, representans hominem agentem vilam tam agriviam quam contemplativam. Bos enim agit arando in agris, idem immolatur in aris, unde symbolum est religionis, et vite contemplativæ.

Symbolicè, asinus animal immundum significat gentes, bos mundus Judæos; innuit ergo utrumque populum in Christi fidem et Evangelium conspiraturum. Ita S. Cyrillus, Hieron., Theodor., Procop. et Greg. 55 Moral., cap. 4, Clemens, lib. 8 Stromat., initio. Unde in lege novâ rescissa fuit illa lex vetus: *Non arabis in bove et asino*.

Tropolog., S. Bernardus, Serm. de S. Benedicto: *Beati qui seminavit super omnes aquas, etiam quos super celos sunt; quos sunt virtutes angelicæ et celestes populi. Ita plantæ; quantum spectaculum facti sumus et angelis, et hominibus. Seminemus igitur hominibus exemplum bonum per aperta opera; seminemus angelis gaudium magnum per occulta suspiria. Et post pauca: O genus Adam, quam multi seminaverunt in te, et quam pretiosum semen! quàm malè peribis, et quam merito, si perierit in te tantum semen, et seminantium labor! Seminavit in terrâ nostrâ tota Trinitas, seminârunt angeli pariter et Apostoli, seminârunt martyres, et confessoros, et virgines. Seminavit et Filius; ipse enim est qui exiti seminare semen suum. Ita tota Trinitas seminavit: Pater, scilicet, namque de celo, Filius, veritatem, Spiritus sanctus, charitatem. Aliter, S. Basilus in e. 1 Isaac: Beatus, inquit, qui bovem, id est, generosum, excitat ad laborem tolerantiam; et asinum, id est, cupidum et carnalem, ut cupiditates suas calcet et vincat. Aliter et S. Ambrosius ad Irenæum: Bos, inquit, cornutus ferociam habet, asinus mansuetudinem tenet, ut altero disciplina servetur, altero innocentia non opprimatur. (Corn. à Lap.)*

CAPUT XXXIII.

CHAPITRE XXXIII.

1. Væ qui prædaris, nonne et ipse prædaris? et qui spernis, nonne et ipse sperneris? Cùm consummaveris depredationem, depredaberis; cùm fatigatus desideris contemneris, contemneris.

2. Domine, miserere nostri: te enim expectavimus: esto brachium nostrum in mane, et salus nostra in tempore tribulationis.

3. A voce angeli fugerunt populi, et ab exaltatione tuâ dispersæ sunt gentes.

4. Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut cum fossa plena fuerint de eo.

sub nominibus *Charmel*, quæ regio erat fertilissima in Judæa, et *silvæ*, quæ infrugifera est; et spiritalem quamdam aggregationem commemorasset per *Spiritum sanctum* de celo mittendum, à quo *iustitia* propagaretur; et rursus ipsius *iustitiæ effectus* nominibus *maaseh et abudah*, id est, *factura, laboris seu cultus*, significasset, quæ nomina etiam rei rusticæ sunt usitatissima, spiritumque videlicet illius aggregationis felicem successum, multitudinem nempe fidelium, novum Dei populum, et inenarrabilem felicitate fruentem; non potuit se continere propheta quin sermonem hunc tantis mysteriis referentum epiphonemate clauderet; et agricolæ novæ illius cultura ministros beatos prælicaret: *O vos, inquit, felices agricolæ, qui in tam uberi solo labores vestros collocatis. Est expressum pronomen in Hebræo quòd mittendum non est, felices vos*. De Apostolis est sermo, quibus sanctè invidere videtur Isaias, cum suos et aliorum prophetarum labores penè inanes experiretur. Qui SEMINAVIS; *zoree*; hæc participii forma facit ut nomine verbali reddenda sit oratio. *Seminatores* dicere possemus, ut munus et officium significemus. Estque forma regimini; et quod sequitur, est vice nominis. SUPER OMNES AQUAS. Ita nos quoque hyperbolicè loquimur: *Habet omnes aquas*, id est, magnam aquarum copiam. Intelligit ergo eos qui in ripis seminant; nam ad *pro juxta seu propè* frequenter accipitur. Aptissimè verò omnes aquas dixit pro multis; nam dignam pectore propheticò, etsi tacitam, faciebat comparationem. Videbat Isaias in aridâ se terrâ seminâ spargere, Apostolos verò *propè immensas aquas*; nam *zoree* effundebat illis diebus Spiritus sancti gratia. IMMITTENS PEDEM BOVIS ET ASINI. Forma etiam participii *meschaleke*, exigit nomen quod minus significet, si aptè velis reddere, ac si diceremus, *immissores pedum bovis et asini*, id est agricolæ, qui animalibus terram colitis; q. d.: *O felices vos agricolæ, qui tam uberem terram colitis, et in tam uberi solo propè tam copiosas aquas semina spargitis. Immittere ergo pedem bovis et asini est terram colere*. Hinc discipulos dicebat Paulus *Dei agriculturam*, et se suosque esse *cooperatores Dei*. Et Dominus eos operarios vocat et in *messem mittendos*. Denique frequens est in Scripturâ tropus hic, ut minister verbi *agricola*, et verbum *Dei semen*, et corda hominum *ager* dicantur.

1. Malheur à vous qui pillez les autres: ne serez-vous pas aussi pillé? Malheur à vous qui méprisez les autres; ne serez-vous pas aussi méprisé? Lorsque vous aurez achevé de dépouiller les autres, vous serez dépouillé; lorsque vous serez les do mépriser les autres, vous tomberez dans le mépris.

2. Seigneur, faites-moi miséricorde, parce que nous avons attendu; soyez le bras qui nous soutiendrez dès le matin, et notre salut au temps de l'affliction.

3. Les peuples ont fui au bruit de votre ange, et les nations ont été dispersées par l'éclat de votre grandeur.

4. Et l'on amassera vos dépouilles comme on amasse une multitude de hannetons dont on remplit des fosses entières.

5. Magnificatus est Dominus, quoniam habitavit in excelsis : implevit Sion iudicio et iustitia.

6. Et erit fides in temporibus tuis : divitiæ salutis sapientia et scientia : timor Domini ipse est thesaurus ejus.

7. Ecce videntes clamabunt foris : angeli pacis amarè flebunt.

8. Dissipate sunt viæ : cessavit transiens per semitam : irritum factum est pactum, projecti civitates, non reputavit homines.

9. Luxit et elanguit terra : confusus est Libanus, obsorduit : et factus est Saron sicut desertum ; et conssa est Basan, et Carmelus.

10. Nunc consurgam, dicit Dominus : nunc exaltabor, nunc sublebor.

11. Concipietis ardorem, parietis stipulam : spiritus vester ut ignis vorabit vos.

12. Et erunt populi quasi de incendio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur.

13. Audite, qui longè estis, quæ fecerim ; et cognoscite, vicini, fortitudinem meam.

14. Conteriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum ardore devorante ? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis ?

15. Qui ambulat in iustitiis, et loquitur veritatem : qui proficit avaritiam ex calumnia, et executi manus suas ab omni munere ; qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos ne videat malum ;

16. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus ; panis ei datus est, aquæ ejus fideles sunt.

17. Regem in decore suo videbunt oculi ejus, cernent terram de longe.

18. Cor tuum meditabitur timorem ; ubi est literatus ? ubi legis verba ponderans ? ubi doctor parvulorum ?

19. Populum impudentem non videbis, populum alti sermonis : ita ut non possis intelligere disertitudinem lingue ejus, in quo nulla est sapientia.

20. Respice Sion, civitatem solemnitatis nostræ ; oculi tui videbunt Jerusalem, habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit ; nec auferentur clavi ejus in sempiternum, et omnes funiculi ejus non rumpebuntur :

21. Quia solummodo ibi magnificatus est Dominus noster ; locus fluviorum rivi latissimi et patentes : non transibit per eum navis remigum, neque trieris magna transgredietur eum.

22. Dominus enim iudex noster, Dominus legis noster, Dominus rex noster : ipse salvabit nos.

23. Laxati sunt funiculi tui, et non prevalebunt : sic erit malus tuus ut dilatare signum non queas. Tunc dividetur spolia prædæ multarum : claudi diripient rapinam.

24. Nec dicit vicinus : Elanguit ; populus qui habitabat in eâ, auferetur ab eo iniquitas.

5. Le Seigneur a fait paraître sa grandeur, parce qu'il réside dans les lieux très-hauts ; il a rempli Sion d'équité et de justice.

6. La foi régnera dans votre temps ; la sagesse et la crainte du Seigneur en sera le trésor.

7. Ceux de la campagne, voyant désoler le pays, seront dans les cris ; les députés pour la paix pleureront amèrement.

8. Les chemins sont abandonnés ; il ne passe plus personne dans les sentiers ; il a rompu l'alliance ; il a jeté à bas les villes ; il ne considère plus les hommes.

9. La terre est dans les pleurs et dans la langueur ; le Liban est dans la confusion et dans un état affreux ; Saron a été changé en un désert ; Bassan et le Carmel ont été dépouillés de leurs fruits.

10. Je me lèverai maintenant, dit le Seigneur ; je signalerai ma grandeur ; je ferai éclater ma puissance.

11. Vous concevrez des flammes ardentes et vous enfanterez des pailles ; votre esprit sera comme un feu qui vous dévorera.

12. Les peuples seront semblables à des cendres qui restent après un embrasement, et à un faisceau d'épines qu'on met dans le feu.

13. Vous qui êtes loin, écoutez ce que j'ai fait ; et vous qui êtes proche, reconnaissez ma puissance.

14. Les méchants ont été épouvantés en Sion, la frayeur a saisi les hypocrites. Qui de vous pourra demeurer dans le feu devant ? Qui d'entre vous pourra subsister dans les flammes éternelles ?

15. Celui qui marche dans la justice et qui parle dans la vérité, qui a horreur d'un bien acquis par extorsion, qui rejette de ses mains tout présent, qui bouche ses oreilles pour ne point entendre des paroles de sang, et qui ferme ses yeux afin de ne point voir le mal ;

16. Celui-là demeurera dans des lieux élevés ; il se retirera dans de hautes roches fortifiées ; il ne manquera point de pain, et ses eaux seront fidèles.

17. Ses yeux contempleront le Roi dans l'éclat de sa beauté, et ils verront la terre de loin.

18. Votre cœur s'occupera d'un sentiment de crainte, et vous direz : Que sont devenus les savauts ? Que sont devenus ceux qui pesaient toutes les paroles de la loi ? Que sont devenus les maîtres des petits enfants ?

19. Vous ne verrez plus ce peuple impudent, peuple profond dans ses discours, dont vous pourriez entendre le langage étalé, et qui n'a aucune sagesse.

20. Considérez Sion, cette ville consacrée à nos fêtes solennelles ; vos yeux verront Jérusalem comme demeure pleine de richesses, une tente qui ne sera point transportée ailleurs ; les pieux qui l'entouraient en terre ne s'arracheront jamais, et tous les cordages qui la tiennent ne se rompront point ;

21. Parce que le Seigneur ne fera voir sa magnificence qu'en ce lieu-là. Les ceux qui y conleront auront un canal très-large et très-spicieux. Les vaisseaux à rames ne prendront point leur route par-là, et la grande galère n'y passera point ;

22. Car le Seigneur est notre juge ; le Seigneur est notre législateur ; le Seigneur est notre roi ; c'est lui qui nous sauvera.

23. Vos cordages se relâcheront, ils ne pourront plus résister ; votre mât sera dans un tel état, que vous ne pourrez plus étendre vos voiles. Alors on partagera les dépouilles et le grand butin que vous avez pris. Les bûcheux mêmes viendront en prendre leur part.

24. Et celui qui sera proche ne dira point : Je suis trop las ; et le peuple qui y halitera recevra le pardon de ses péchés.

COMMENTARIUM.

VERB. 1. — SPERNIS. Verbum *bagad* solet reddere *Vulgatus*, ferè semper verbo *pravariicandi* ; hic verbo *avertendi* reddidit. Quod autem hic interrogativè legit, possum sine interrogatione cum Hebræis accipere, et præteritum *bagadu* id evincere videtur, et non *predati sunt te*. At qui *Vulgati* sensum amplectatur, pro futuro positum dicit, et non *deprædabuntur te* ? Sensus tamen juxta hebraismum planus est. *Heus tu qui alios devastas, hactenus à nemine devastatus ; et heus tu qui alios impetis, et nemo te hactenus impetuit*. Juxta historiam autem sermo est de Assyrio ; qui tamen tyrum gerebat hostis humani generis, et hostium populi Dei. Videbis autem prophetam ita historiam persequentem ut multò plura ejus verba mysterio quàm historie aptius accommodentur ; quam interpretandi rationem qui non sequitur, nunquam, ut ego quidem judico, prophetas intelliget. Cum consummationem. Illa forma orationis Hebraice : *Secundùm dicere te, secundùm facere te, etc.*, optimè reddidit : *Ubi dixeris : Quàm primùm feceris, etc.* Rectè etiam *Vulgatus* infinitivum vertit in nomen, *deprædationem, devastationem, etc.*, id est, *ubi ad perfectionem perduxeris vastationem, vastaberis* ; quod multò verius de diaboli imperio intelligitur, qui tunc de imperio cecidit quando ad summam impietatis, quâ spiritualis vasa statio constat, homines pertraxisset, quàm de Assyrio, qui non expugnata civitate sanèta deletus est. DE FATIGATIS DESERTI. Unum verbum Hebræum duobus reddidit, neque alibi legitur. Ex alibi autem videtur significare *adimplerionem seu consummationem* ; et ita reddidit doctus quidam Hebræus, *cum adimpleris vel consummaveris*. Sennacherib autem non perduxit vastationem ad consummationem, sed diabolus, ut jam dixi.

VERB. 2. — DOMINE, MISERERE NOSTRI. Solenne est prophetis, quando significare volunt quàm celeriter oppressi affluerit Deus, dum historiam narrant obiter, quasi per parenthesis brevem orationem inserere quâ ad Deum usi sunt, ac mox liberationem atextere. In Psal. 61 : *Circumdederunt me dolores mortis ; pericula inferni invenerunt me. Tribulationem et dolorem inveni ; et nomen Domini invocavi*. (O Domine, libera animam meam) *misericors Dominus et justus, et Deus noster miseratus est, etc.*, et passim in aliis Psal. Primo itaque versus vastandum Assyrium dixerat ; hic secundum orationem continet quâ usi sunt ; at tertio ad narrationem redit. Vel certè cogitans propheta quantâ benignitate Dominus civitatem Jerosolymam defendisset, talem optabat quòd semper experiretur Dominum populus ; idque precabatur magno animi affectu, quem continere non potuisse videtur. BRACHIUM NOSTRUM. Mutatio est persone, licè *Vulgatus* primam retinuerit. Hebr., *esto brachium eorum*. Notat autem hanc fuisse ipsius prophetæ orationem. *Brachium* autem pro *viribus* et *auxilio* passim accipit hebraismus. IN MANE. Vox est in plurali ; et solet accipi distributivè, id est, *singulo quoque mane* ; Psal. 75 : *Castigatio tu singulis mane, et Psal. 101. Non quòd tempus ma-*

*tinum tantum notet, sed est quòd latine dicas omnibus diebus quis illuxerit ; q. d. : Nunquam oritur lux quin nos in gratiam tuam recipias ; nobis adis, equidem de hac re primo loco agimus ; gratiam in oblatione nihil nobis antiquius est tuâ gratiâ et favore : sed et hoc quoque petimus, ut ab hac angustâ nos liberet. Vides quo ordine sint à Deo petenda ea quibus indigemus. Quòd si hæc oratio est Isaie, ut dixi, ne præterea quòd cum gratiam petit, quæ in singulis dies nobis necessaria est, seipsum quoque comprehendit, gratificare nobis, miserere nostri, etc., at cum secundo loco liberationem ab angustâ petit, personam mutavit, esto *brachium eorum*. Justus enim, cum de corporalibus afflictionibus agit, plus de aliis sollicitus est, quos videt mala pati, quàm de se ipso, qui paratus est in mediis afflictionibus gaudere.*

VERB. 5. — ANGELI. Non ignoravit *Vulgatus* significationem propriam nominis *hamon*, quam sæpe propriè interpretatur, nunc *multitudinem, nunc tumultum* ; nam utrumque significat, et jam supra dixi. Sed quia de *strepitu* quem excitavit Angelus quando ad percutiendos Assyrios descendit, erat sermo, ut apertius quòd accidisset significaret, Angelum dixit. Alioquin affluxum illud pronomen quòd sequenti nominis additur, ab *elevatione tuâ, more Hebræo* ad nomen quoque *strepitus*, quod præcessit, pertinet, ut dicendum sit : *A voce strepitus tui auferentur, ab elevatione tuâ, etc.* Interdum enim in priori ponunt quod in posteriori repetendum est, interdum contra ; exempla sunt obvia. Quare falli eos qui prius ad Judæos, posterius ad Assyrios referunt, res ipsa ostendit. FUGERUNT. Dispersi sunt Assyrii. Nam nonnulli cum rege ad Assyriam usque auferuntur ; pluribus in ipsâ fugâ, vel antè eam quàm fugere inciperint, interceptis. Nam, ut supra dictum est, audita sunt tonitrua, etc.

VERB. 4. — SICUT COLLIGIT BRACHIS (1). SENSUM

(1) *Collectio brachi, sive locustæ* ; geminâ significatione sumi potest, *activè et passivè*. Priore sensu *collectio locustarum* erit, si illa animalia obvia abundant et decurrant in suos usus, posteriore et ipsarum locustarum sata consummentium collectio, que fit ab agricolis, eas colligentibus in vasa, aut cumulatè extrudentibus in fossas et foveas, ut eas enecent, quod in Africa et Hispaniâ fieri, observat Forerius ad hunc locum. Posterius plures hic elegerunt, quibus prævit Kimchi. Idem placuit Hieronymo, qui integrum sententiam sic vertit : *Et congregabunt spolia vestra, sicut colligitur brachus, sicut cum fossa plena fuerit de eo*. Pressius hunc sensum exposuit Lamb. Capellus, qui, *estque, inquit, hæc locustio ducta à rusticis, qui brachos et locustas frugibus infestas colligunt campanulam, collectasque pedibus conculcant. Hoc vult ergo propheta ; Judæi facient et nullo negotio, nemine prohibente, spolia vestra de castris diripient, simulque colligent secumque asportabunt. Idem sensus placuit Doederlingio, qui hunc versum sic vertit : *Et præda vestra legitur, sicut Chasil vel globus locustarum invasione factâ colligitur* ; illumque in subjectâ notâ sic explicat : *Deus hostilem exercitum armis suis fulgure tonitruæque impugnat ; Judæis immense castrorum divitiarum in prædam cedunt. Locustæ, quarum plures enumerantur species, gregatim volant, ideoque mirâ multitudine cogi perdicque possunt.* Verum huic inter-*

optimè reddit. Solet autem nomen *castr* nomine *bruchi* reddere. *Brachus* autem ab *stridore* dicitur quem corrodendo edit, si Græcæ etymologiam spectes. Cæterum an sit locustæ species *Bruchus* ignoro; quamvis passim id affirmet. Verum cum dicant alis carere, et vermem esse, non video quo pacto huic loco conveniat. Vox autem Hebræa *locustæ* speciem notat, ut apparet ex 1 Reg. 8, et Ps. 78, et ex hoc loco. Nam in accervos colliguntur, et aut foveis aut aquis occiduntur tam in oriente et Africâ quam in Hispaniâ. Si etymon autem vocis attendas, ab *abundando* dicitur. CUM FOSSE PLENÆ FUERINT. Sensus attendit Vulgatus non verba; nam ad verbum reddi debet, sicut *excursio locustarum excurrit in ipsâ*. *Excursionem* autem vocat locustas ipsas excurrentes, depopulantes vel grassantes. Sensus ergo hic esse potest, videlicet ut comparentur Assyrii, ipsorumque spolia ipsæ locustæ tempore collectionis, quo hinc atque illinc excitatæ atque fugatæ in unum locum conflant; et hoc secundo membro exponat prius: sicut, inquit, *excurrentes locustæ excurrunt in ipsâ collectione*, id est, sicut agmen locustarum eo tempore quo colliguntur excurrunt, et ad unum aliquem locum conglomeratum expelluntur, etc. Potest etiam alius esse sensus, ut comparentur hic collectores spoliarum collectoribus locustarum; sicut, inquit, *excursio locustarum quæ fit in locustas*, id est, sicut excurrentes in locustas excurrere faciunt ipsas tempore collectionis, vel ad ipsam collectionem; ita Jerosolymitani civis summo studio et alacritate ad diripienda spolia preparabunt, nemine resistente. Et si hoc sive illo modo accipias, cogita quod quamvis locustarum agmina plurimum noceant, cum ad ipsas fugandas et interimendas conveniant homines, minimo negotio infinita eorum agmina aut igni absumunt aut submergunt: imbelles enim sunt, neque juxta vim quam præstanti refragatur planè membrum alterum, ubi locustæ introducantur tanquam quæ sint in actu et motu, et omnino figurant Israëlitas, spolia hostium colligentes. Ergo *collectio bruchi* hic est, quæ fit à *bruchis* sive locustis, quod et Grotius vidit, ad hunc locum scribens: «*Congregabuntur spolia vestra sicut colligit bruchus, tam impunè legentur de vobis, Assyrii, quam bruchus herbas depascitur. Hanc interpretationem flagitant, quæ ex Hebræo sequuntur.*» Eleganter vates noster adhibuit verbum colligere, quod propriè usurpatur de collectione satorum et frugum, quæ fit tempore missis. Hanc locustæ factum, quando magis agrumque agros insident et absumunt. Comparatio igitur hæc est: sicut locustæ magno numero involantes in agrum satæ sparsim et promiscuè abradunt, et consumunt; ita Israelitæ promiscuè et tumultuario in spolia hostium tanquam communis juris facta, involabant, et quisque eorum sibi carperet et rapieret, quod primum occupabit. *Secundum discursionem locustarum in eo, scilicet, spolio, discurrens, scilicet, discurret, id est, discurrunt.* Sensus est, priori analogus, Israëlitas spolia hostium prostratorum, per agrorum sparsorum, instar locustarum lecturos, et ad curandum locustarum morem subsultim in his legendis discursuros esse. Totius commatis sensum optimè expressit Dabhius: «*Apostrophè ad Assyrios; Israëlitas castra vestra deserta invadent, et prædam ex his pro libitu colligent, uti locustæ facere solent agrorum et hortos fructuosos.*» (Rosenmuller.)

ad nocendum habent, sunt illis vires quibus resistent, aut prudentia. Hinc mentem attolle ut cogites quam innumerabiles hostium phalanges *Fruges-Dominus* per imbelles et inerme discipulos frogerit, fuderit, eorumque spoliis civitatem suam ditaverit, etc. *Vulgatus gabim pro fossis accepit*, quasi esset *gabab*, ut Jer. 14, videtur tamen habere cognationem cum *gab*, fortè quoddam agminatim volant, similitudinem fornicis præ se ferant, columque operant velut nubes.

VERS. 5. — *MAGNIFICATUS EST*. Prorumpit in laudem Dei, videns miraculosam hostium stragem. Sed ut intelligas in victoriâ illâ vidisse prophetam alteram multò ampliolem, aliam spoliationem multò digniorem, aliasque divitias alterius Jerusalem, lege quæ sequuntur. Nota tamen interim *hi*, hic relativè accipit pro *atque*, ut Exod. 15, 17; Prov. 11, 15, et cap. 20, 16, etc., in quibus locis Vulgatus quoque pro relativo accepit, et vertit: *Magnificatus est*, vel *exaltatus est*, sequè excelsum ac magnum hæc ipsa res ostendit; ille, inquam, *habitor excelis*; quicquid habitaculum habet, talem sese ostendit. *INDOLE ET JUSTITIA*. Hæc sunt Assyriorum spolia. Nam cum videt Dei populus potentiam Domini atque hostium suorum stragem, *justitiam discunt*, etc., vel quia hostes occisi sunt, ut viverent, et ut ad novam Ecclesiam justificati pertinerent, dicitur ob multiplicationem iustorum *impleri iudicio et justitiâ*. Huc facit versus sequens.

VERS. 6. — *ERIT FIDES EMUNATH* hic cum Vulgato accipio pro *fide*, ut sæpè accipitur, id est, pro *fidelitate* seu in *fide datâ constantiâ*, et *veritate in promissionibus*. TEMPORIBUS TUIS. In hebraismo videtur esse in genitivo, *fides temporis tui*, vel *temporum tuorum*; sed sensus ferè idem est: *Fides temporis tui erit divitiæ*, etc., vel, *tempore tuo erit fides appositivè divitiæ*, etc. Est autem sermo ad novam Jerusalem, *temporibus tuis*; quod qui non intellexit, *tuis* veritè in *suis*. Sed emendati codices juxta Hebræum *tuis* habent. *DIVITIE*; de verbo *coeseu* dictum est supra cap. 25, non *reconduntur*, etc. Hinc nomen hoc, id est, *thesaurus*, scilicet, *reconditus et protectus*. Non malè ergo Vulgatus *divitias* dixit. Quæ autem sequuntur nomina omnia in genitivo accipi possunt. Nam Christianorum *fides seu fidelitas* (utroque enim modo accipi potest) est *thesaurus* quidam *salutis, sapientiæ et scientiæ*. Nulla enim religio est quæ salutem contineat in se, quæque sapientiam veram spirat, nisi religio fidei Christianæ. Olim quidem *sapientes* dicebantur Judæi soli; nunc verò Christiani tantum sapientes sunt. Quod si quæras ubinam asservetur hic thesaurus. *TIMOR*, INQUIT, *JEHOVA EST THECA* (seu *penus*) *reus*, *osar* enim primariâ significatione *locum* seu *resu* significat, in quò *reconduntur alia*; secundariâ autem ea quæ *reconduntur*; 2 Par. 52: *Fecerat sibi thesauros pro argento et auro*, etc. Ergo hic pro *theca* seu *apotheca* seu *pena* accipio; nam in *timore Domini* tanquam in divitissimâ *theca* continetur *salus, sapientia, et scientia*; unde illud Prov. 1: *Principium sapientiæ, timor Domini*, arbitror accipiendum quod *munus sapientiæ sit timor Domini*; vox enim *rechith* non

raro id significat. Quod si *emunath* pro *firmitudine* accipiamus, ut interdum solet, ut Exod. 17: *Et fuit manibus ejus firmitudo* (seu *virtus*) *usque ad occasum solis*, etc., sensus non abjiciendus alter hujus loci talis erit: *Erit firmitudo temporum tuorum thesaurus salutis, sapientiæ et scientiæ*. Dixerat enim pro spoliis et divitiis, quibus implenda esset Jerusalem, ad mysterium nimirum atendens, *impleturam Dominiam Sion justitiâ*. Ne quis autem carnalis has divitias contemneret denuntiât Sioni quòd non *consisteret* aut *firma staret* divitiis mundi, in quibus solent homines confidere, quasque *nervos belli* vocant; quinimò *firmitudo illius temporis esset thesaurus* non auri et argenti sed *salutis, sapientiæ et scientiæ*, id est, multiplex *salus*, quæ gratiâ et justificatione constat, et multiplex ac vera *sapientia et scientia*. Satis enim firmus, satis tutus est qui salutem per Christum est assecutus, et sapientiâ Christi, quæ mundo est stultitia, præditus est. Tantorum autem bonorum *apothecam* si quæris, scito esse *timorem Jehovæ*. Potes et sic distinguere, et fortè aptius: *Firmitas temporum tuorum erit thesaurus salutis*, nempe *sapientia et scientia*; *timor Domini* est *theca ipsius*; ut scilicet *sapientiâ* dicatur *thesaurus salutis*, isque in *timore Domini* reperitur.

VERS. 7. — *VIDENTES, ereclam*. De hæc voce non constant sibi Hebræi, neque nostri; neque mirum, in quibus in hæc formâ allibi non legitur. Qui ex Hebræis dicunt esse nomen Angeli, neque quod dicunt probant, neque intelligunt. Vulgatus secutus est eos qui à verbo *raah*, *vidit*, formant nomen. Neque desunt inter Hebræos qui dictionem dividant, id est, *ostendam eis*, vel *apparebo illis*. Sed mihi magis placet quod doctissimus Hebræorum Aben Esra dicit, esse *erecl*, idem quod *ariel*, de quo supra cap. 20, cum defectu *iod*. Sicut etiam apud Ezechielem legitur *herecl*; q. d.: *Ecce leo fortis eorum*, id est, ecce Jerosolymitani, qui arcem habent munitissimam et templum, ob quæ videbantur posse non timere, sicut leo alias bestias non timet. *Ecce*, inquam, isti *clamant* præ angustia *fortis*, in plateis. Præsidarios ergo et prætorianos milites nomine *leonis fortis* collectivè hic accipio. ANGELI PACIS, nuntii, quos ad Assyrios mittunt pro pace, reversi *flebant*, et quæ viderant et audierant flentes narrabant. Est autem hoc versu et duobus sequentiis rei per hypotyposim. Inserit enim res hostium et res Judæarum, et quæ Deus pro Jerosolymis fecerit, ut venustior et plausibilior sit oratio, et singula singulis collata magis elucescant.

VERS. 8. — *DISSIPATE SUNT*. Hæc sunt vel quæ *nuntii flentes* narrabant, vel ipsius rei narratio. Inter cæteras autem maledictiones quæ transgressoribus legis proponebantur, Levit. 26, hæc una erat: *Deserta fient ius vestra*. IRITUM FECIT FACTUM. Non dubium quin de Assyrio sit sermo. Reges enim Jehuda foedus cum Assyrio inierant, ut ipsos juvaret adversus Syros et Israël. Foedus et amicitiam Achaz patris Ezechiae cum Rege Assyriorum habes, 4 Reg. 16. Insuper et ipse Ezechias videns quòd venisset Assyrius ut Jeru-

salem caperet, vastaretque totam Judæam; misit ad ipsum legatos pro pace, et Assyrius indixit ei trecenta talenta argenti et triginta talenta auri; quæ et Ezechias persolvit, ut à se recederet. Ille verò et pecuniam accepit, et ad capiendam civitatem exercitum misit. Utrumque ergo *factus tabefactavit* Assyrius, *civitates* omnes cepit, et tanquam fastidiosus *nihil dixit homines*, et legatos ad se missos despexit, et, acceptâ pecuniâ quam indixerat, vaivos remisit; Ezechiam quoque regem contempsit, etc.

VERS. 9. — *Luxit*, etc. Significat, quod in libro Regum narratur, universam Judæam per Assyrios devastatam; quodque dixit in genere, mox quatuor regiones plagis quatuor mundi respondentes enumerando in specie explicat. *Libanum* enim habet Judæa ad septentrionem; *Saron* autem ad occidentem versùs mare Mediterraneum (estque Hieronymo, plana regio et extensa inter Thabiam montem et lacum Thiberiadis, et à Cæsareâ Joppem usque se ultra extendens), *Bassan* verò ad orientem, quæ itur in Mesopotamiam; porrò ad meridiem habet *Carmelam*; quod nomine est et alter *Carmelus* juxta Ptolemaidem; sed hic noster fertilissima est regio. *Onsunurur, camal*, supra cap. 19. Vulgatus verbo *marcescentis* reddidit; ego utrobique verbo *succedendi*. Hic autem est *pudor* seu *confusio Libani*, nimirum quòd *succinus* sit. *Succisionem* verò et *excursionem* harum regionum pro *depopulatione* accipio; quia ex totâ Judæâ divitias collegerat, homines captivos abduxerat, etc. Sed percurso Assyrio ab angelo Domini, omnia in Judæâ iterum remanserunt. Facile est autem per hæc intelligere quæ hostis humani generis in homines pertraheret, ac quàm inopiè et sine fide ad humanitate hostes populi Dei direxerent, quantaque in primitivâ Ecclesiâ discipuli Domini perpessi sint.

VERS. 10. — *Nunc CONSERVAVI*. Desperatis rebus, universâ Judæâ vastatâ, thesaurus astu et fraude in hostium potestate reductis, flentibus iis qui arcem tueri, unicum Judæorum spem, debebant, legatis ab hoste despectis et ludibrio habitis et domum remissis absque ullâ spe pacis; *tunc*, inquam, *tempus est quo Deus consurgat* exeratque potentiam suam, quâ *sublimis et elevatus*, et ab humanis difficultatibus alienus, eorum omnium victor evadat. Ita omninò, cum in profundum malorum devenissemus, et hostis nos in suam potestatem redegisset, inò vastationem omnem consummasset, plus quam Assyrius, expugnatis etiam Judæis, qui soli agnoscebant Deum, et ad summum impietatis genus productis, utpote quæ Filium Dei occidissent, etc., *tunc surrexit Dominus, tunc exblimatus et elevatus est*, et misso de colo Spiritu suo in discipulos suos, per eos debellavit adversas omnes potestates, diabolum de imperio dejecit, mundo expulit, tyrannos ad fidem imperii, etc. Ergo Deum habemus, in quem, quò magis res nostræ desperatæ sunt, magis sperare dignum est.

VERS. 11. — *CONCIPIETIS*, etc. Omnia quæ machinati estis populo meo nihil magis nocuerunt quam *stipulae aut quisquiliæ*; vobis autem pro fomentis per-

ditionis vestre inserunt. Quemadmodum enim *ignis stipulam et stramina devorat*, ita vos ob hæc ipsa vestra studia cito perdemini, etc. ANDREM, id est, res quæ mox ignem concipiunt. *Concipere* autem, aut *gravidam esse*, seu in utero suscipere aut habere stramen est, nihil profuturos labores suscipere, quodque Latini aiunt *litus arare*, etc. **PARIETIS STIPULAM.** In finem inanem exhibent labores vestri, et risui patebunt. Pariet montes murem. **SPIRITUS VESTER.** Potest legi in recto, *superbia vestra, fastus et arrogantia vos ipsos perdet veluti stipulam et stramina.* Non enim tantum inanes labores eos suscepisse notat, sed et auctoribus ipsis noxios. Familiare autem est Hebræis notam similitudinis omittere, ideòque Vulgatus eam supplevit. Potest et sic reddi: *Parietis quisquillas spiritus vestri, vel spiritum vestrum;* id est, pro partu efflabitis animas viles et nullius pretii; nam *ignis devorabit vos.* Tales sunt omnium qui militant adversus populum Dei labores, taleque exitum habent eorum fabulæ: qualis accidit Assyriis.

VERB. 12. — **QUASI DE INCENDIO CISIS.** Sensum expressit; ego verbum verbo reddidi; *adusti enim lapides calcis in pulverem rediguntur; miserephoth;* hoc nomen plurale, à verbo quod *cremare* significat cum nomine *aquarum* sign. *thermas*, Jos. 11, et 15, cum nomine *calcis* sign. *lapides ipsos adustos;* denique et de *bastis funerum* dicitur Jer. 54. Ergo *combustiones* dicere possumus. **COMBURENTUR.** Si nolis notam similitudinis supplere, sed absolute legere *spina excisæ comburentur*, accipe futurum pro presenti, ut sæpe solent, id est, *igni comburi solent;* q. d.: Nihil mirum si Assyrii sic pereant; nam spinae excisæ comburi solent; neque alius illis finis manet.

VERB. 15. — **AUDETE QUI LONGÈ ESTIS,** etc. Jam devictis hostibus induci propheta Deum facta sua magnificentem, et quæ bona ex perditione inimicorum consecuta sint ostendentem. Possumus quoque, neglecta punctatione massitarum, hunc versum in præterito legere; nam *iada* etiam in præterito nunquam amittit *iad*: *Audierunt longinqui quæ fecerim, et noverant propinqui fortitudinem meam,* id est, quo pacto prævaluerim adversus hostes populi mei; ut sit tantum narratio eorum quæ victoriam consecuta sunt. Quem sensum libenter amplector; nam quæ sequuntur huc faciunt.

VERB. 14. — **CONTRERIT SENT.** Cùm enim vidissent divinem vindictam Jerosolymitani cives, præsertim doctores, scribæ, sacerdotes, et cæteri, qui nihil tale de Deo sperabant, et ad humana auxilia respiciebant, non ad Deum laudandum, amandum ac toto corde colendum excitati sunt; sed sicut longinqui, sicut gentes idola colentes, obstupuerunt; et erga Deum, qui se punire possent, quasi malè affecti, dicebant ad se invicem: *Quis poterit habitare cum igne devorante?* etc. Hic, quæso, vide animos impiorum, qui respectu Dei potentiam, etiam in sui ipsorum gratiam expectant, potius ad fugiendum à Deo quam ad eum diligendum inducuntur. Idololatæ quidem Philistinæ, quando Deum Israelitarum, cujus arcam apud se ha-

bebant, viderunt percutientem plurimos ex ipsis, sic dicebant: *Non maneat arca Dei apud nos, quia dura est manus ejus super nos,* etc. Jerosolymitani autem multo fuerunt peiores. Nam manus Domini super hostes conspecta fuerat; ipsi autem liberati Dei misericordiâ, in Deo nihil aliud quam potentiam perdidit considerant; Deum autem colere, atque cum illo consuetudinem, vocant per auxilium *habitare cum igne devorante et flammâ aeternâ,* quasi Deo invidiam conflare volentes, ejus obsequium detractarent. Mihi dubium non est quin propheta viderit mores Judæorum qui Christi tempore futuri erant, eumque occisuri, quod ejus virtuti, puritati ac mortui sanctitatis *hypocritæ* ipsi consuescere nequirent, non minùs quam *igni devoranti et ardoribus sempiternis.* Quæ enim sequuntur, mentibus Christianorum sagacibus mysterium redolent; multaque hic legent quæ aptius mysterio quam historia competunt. Quæ una regula lectoribus prophetarum perpetuò observanda est. **DE VOBIS LAUS, VOBIS;** et ita omnino legendum est. **POTERIT HABITARE.** Unicum verbum est Hebræis, quod mox Vulgatus verbo uno reddidit, *aut quis habitabit, gur,* quod variè constructum variè accipitur.

VERB. 15. — **QUI AMBULAT,** etc. Docet inanem esse illorum metum, et non esse nisi prætextum impietatis. Nam Deus non est *ignis consumens nisi impios et sceleratos.* Videbantur enim aliter in illis verbis suis ad verba Mosis Deut. 4: *Deus tuus ignis consumens est.* Versu autem sequenti videbis quibus nominibus appellet propheta illud quod impii hypocritæ, *habitare cum igne devorante* dicebant. **IN JUSTITIIS.** Verbum *ambulandi* seu *evandi* Hebræis regit interdum accusativum, ut hoc loco; estque *perambulare*, id est, exercere, *omne genus justitiæ.* **AVARITIAM, BEBETIA, IN AVARITIA,** seu *questu,* aut *lucro.* Nam et vitium ipsum nomen notat, quod Græcè *πλεονεξία* vocant, et *questum* aut *lucrum* cui incumbit avaritas, à verbo quod significat, *vulnerare et exercere avaritiam,* quæ tanquam gladius hominem vulnerat. Vide supra 52, 7. Habet enim *mala vasa* seu *arma avarus, et fraudibus opprimit innocentes.* **EXCUTIT.** Quando nihil manibus nostris pulveris aut alterius rei hærrere volumus, manus complodimus, et palmam palmâ excutimus. Hinc odii symbolum est, quo nihil nobis commercii cum homine fore, aut fastidii, quo nihil illius rei apud nos habituros significamus; sicut lotio manuum. Merito ergo non *manus,* sed nomen quod *volas,* id est, manuum concavitates, seu *palmas* propriè notat, apposuit. **AN OMNI MUNERE.** Sensum expressit; sed significantiora sunt verba Hebræa, *à sustinendo in munere.* **QUI CLAUDIT OCULOS.** Vehementer est significatio verbi *otsem;* nam *corroborativum* seu *compressionem* notat; ut in singulis verbis perspicui possit vis quadam, quibus non vulgarem quandam virtutem sed summum virtutis studium et vitiorum odium perfectissimum exigere videtur; videlicet nihil *justitiæ* in opere prætermittere, et in verbis nihil *reputatis;* avaritiam omninò odisse, et ita justitiam colere ut occasiones omnis injustitiæ abominentur, et animo ad eò

esse alieno ab injuriis in proximum ut *ne audire* quidem verbum *de sanguinibus* (ita loquuntur Hebræi), sed aures comprimere velint ne quid adversum proximum audiant. Sed quid est *non videre malum?* Nota in Hebræo hic esse constructionem verbi *raah* cum *beth,* *videre in malo;* quæ constructio non simplicem visionem notat, sed interdum est videte optata cum voluptate. Exempla passim obvia. Ut vel hinc intelligere possumus quare percussit Dominus eos qui viderant arcam Domini (est enim eo loco hujusmodi constructio), nempe quòd cum voluptate et quadam curiositate nudatam arcam, et quæ intus haberet, viderent. Quo etiam pacto hoc loco *videre in malo* seu *malum accipiendum* est. *Claudenti enim sunt oculi,* imò et *comprimendi, ne in aliquo malo,* quod se offert, *complaceamus.* Potest autem accipi *ra,* pro *malo calpe* et pro *malo pœna,* ut nullo pacto nobis placeat quidquid alteri incommodat.

VERB. 16. — **HIC IN EXCELSIS,** etc. Non huic molestum erit cum Deo agere. Nam potestas quam Deus exerit adversus hostes, pro istis erit, ut eos in tuto collocet. Sicut enim ab injuriis hostium securi sunt qui in *altissimis* et abruptissimis *rupibus* degunt, præsertim si eis non desit *cibus et potus:* ita vir pius et justus, ubiubi fuerit, in tuto est; neque quidquam ei deerit, Deo omnium honorum vicem supplente. *Altissimum habet refugium;* ideò non accedit ad eos malum neque flagellum, etc. Inter locos autem qui in Scripturis justorum securitatem ac felicitatem continent, hic est insignis admodum et mirâ suavitate plenus; in quo videte christianus lector poterit causam præcipuam propter quam Joannes Baptista penitentiam prædicaverit ante Domini servatoris manifestationem. **PANIS DATUS EST.** Verbum *nathan* interdum est *constituere, præficere, certo statuere seu proponere;* ita hic in passivâ accipiendum puto, *habent panem constitutum,* quem suis temporibus illis dabit Deus, ut nunquam desit. **AQUE FIDELES,** id est, permanentes seu perennes. Nam in *loco pascuoso* collocantur oves Christi, et *juxta aquas refectiois,* ut nihil eis deesse possit quibus Deus non deest.

VERB. 17. — **IN DECORE SUO.** Seu *formâ et formositate.* Dicit Judæus hoc loco justis promitti, non capiendam ab hostibus civitatem in quâ habitant, imò quòd in eâ sint tutissimi veluti in altissimis *rupibus;* et licet obsessi sint ab hostibus, nunquam eis deerunt res necessariae; insuper, quòd fugatis hostibus suum regem in suo *decore,* in sua *formositate et gloria* conspiciat; et quocumque voluerint, eis ire licebit, etc., atque hæc omnia dicit contigisse Jerosolymitanis sub Ezechia. Quæ ut non negarim, ita quoque non undequaque verbis prophetae convenire ausim asserere. Nam Ezechiam in *decore* seu *gloriâ ipsius viderunt* tunc temporis non justis modò, qui tunc Jerosolymis erant, quos versus superiori descripsit, sed etiam illi quos supra *hypocritas et errantes* vocaverat, qui certè non erant pauci numero; neque solum pii, sed etiam impii tunc servati sunt per Dominum. Quare cum in sequentibus negare non possumus

